
15

Italian, very early 14th century
Aristotle: Organon
Preceding leaf probably 11th century



John Frederick Lewis

[..]acet nos q̄s dn̄e
[..] pceptio scā misterii.
[p]ariter nob expiatio
[n]em tribuat & munim̄. p.
R̄S. Non p di[..]
[..]camus nos me[..]
[i]psos. sed dnm̄ nr̄m
[ih]m xpm. Nos autem
[se]ruos urōs p ihm. Qm̄
[d]s qui dix detenebri[s]
[lu]cē splendescere. inlu
[xi]t in cordib; nr̄is ad
inluminationē scien
[ti]e claritatis di. infacie
[ih]u xpi. Habem aut
thesaurū istum in uasis
[fic]tilib; ut sublimitas
[si]t uirtutis di. & nō
[e]x nobis. In omī tribu
[l]atione patimur. sed
[no]n angustiamur. A
[po]ramur. sed nō
[de]stituimur. Persecutio
[ne]m patimur. sed non de
[re]linquimur. Deicim[ur]

incorporibus nr̄is ma
nifestetur. Sec. Mathm
In illo tp. Transeunte ihu
secuti sunt eum duo
ceci clamantes & dicen
tes. Miserere nr̄ filii
dauid. Cum aut uenis
set domū. accesserunt
ad eū ceci. Et dicit
eis ihs. Creditis quia
possū hoc facere uob.
Dicunt ei. Utiq dn̄e.
Tunc tetigit oculos eorū
dicens. Scdm̄ fidem
urām fiet uob. Et ap
ti sunt oculi eorū. Et
comminat est illis ihs
dicens. Uidete nequis
sciat. Illi aut exeun
tes diffamauer eū in
totā terra illā. Egres
sis aut illis. ecce ob[tu]
lerunt ei hominem
mutū. & demonium
habentē. Et eiecto de

A. 48.

riset aut [illegible]
In prima [illegible] omnium
[illegible]
cubat [illegible]
omnes et castella. docens
in sinagogis eorum et
predicans euang[elium]
regni. Et curans om
nem langorem et om
nem infirmitatem.
Protector [illegible] DOM XIII.
noster aspice deus et re
spice in faciem xpi tui
quia melior est dies u
na in atriis tuis super
mi[lia] [illegible] P̄S Quam di
lecta. Secundum [illegible] OR.
Omnipotens sempiterne deus
da nobis fidei spei et
caritatis augmentum
et ut mereamur as
sequi quod promittis
fac nos amare quod
precipis [illegible]
[illegible] Galathe dic[illegible]

quasi in uno et semi
ni tuo qui est xps. Hoc
dico testamentum confir
matum a deo. que post
quadrigentos et tri
ginta annos facta
[illegible] irritam fac[it]
ad euacuandam promissi
onem. Nam si ex leg[e]
hereditas. iam non ex
missione. Abrahe au[tem]
per promissionem donauit
Quid igitur lex. Pro[pter]
transgressionem po[sita]
est. donec ueniret
semen cui promiserat or
dinata per angelos in
manu mediatoris.
Mediator autem unius
non est. deus autem u[nus]
Lex ergo aduersus [pro]
missa dei. absit. Si
enim data esset lex
que posset uiuificare,
ex lege esset iust[itia]

LIBER . POR PHI LII

Cum sit necessarium grisarori
et ad eam quae est apud aristotelem praedicamentorum
doctrinam nosse quid sit genus, quid species, quid
differentia, quid proprium et quid accidens, et ad diffini
tionum assignationem, et omnino ad ea quae in
divisione vel demonstratione sunt utilissima istarum rerum
speculatione, compendiosam tibi traditionem fa
ciens temptabo breviter velud introduc
tionis modo ea quae ab antiquis dicta sunt ag
gredi, altioribus quidem quaestionibus abstinens, simpliciores vero mediocriter co
niectans. Mox de generibus et speciebus illud quidem sive subsistant sive in
solis nudis purisque intellectibus posita sint, sive subsistentia corpo
ralia sint an incorporalia, et utrum separata a sensibilibus an in ipsis sen
sibilibus posita et circa ea constantia, dicere recusabo. Altissimum enim est
huiusmodi negotium et maioris egens inquisitionis. Illud vero quemadmodum de his
ac de propositis probabiliter antiqui tractaverunt et horum maxime peripatetici
tibi nunc temptabo monstrare.

Videtur autem neque genus neque species simpliciter dici. Genus enim dicitur et aliquorum se
cundum unum aliquid et ad se invicem collectio, secundum quam
significationem romanorum dicitur genus ab unius scilicet habitudine
dicti, romuli scilicet, et multitudinis habentium aliquam ad invicem eam
quae ab illo est cognationem, secundum divisionem ab aliis dictam gentibus. Dicitur autem et
aliter rursus genus quod est uniuscuiusque generationis principium, vel ab illo qui genuit
vel a loco in quo quis genitus est. Sic enim orestem quidem dicimus habere genus a tantalo,
illum autem ab hercule, et rursus pindarum quidem thebanum esse, pla
tonem atheniensem. Et enim patria est principium uniuscuiusque generationis quemadmodum qui

et pat. Hec autem videtur prima esse significatio. Romani enim sunt qui
descendunt ex genere romuli. et cecropides qui ex genere descendunt a
cecropis et eorum proximi. Et primum quidem appellatum est genus initium generationis.
deinde etiam multitudo eorum que sunt ab uno principio ut a rom-
mulo. Namque dicentes et ab aliis separantes dicebamus esse illam
collectionem esse romanorum genus. Aliter autem rursus genus dicitur cui suppo-
nitur species, ad horum fortasse similitudinem dictum: est enim et quoddam principium huius-
modi genus earum que sub se sunt specierum, videturque et multitudinem continere omnium que
sub eo sunt. Tripliciter ergo cum genus dicatur, de tertio apud phylosophos sermo
est; quod et describentes assignaverunt genus esse dicentes quod de pluribus et dif-
ferentibus specie in eo quod quid sit predicatur, ut animal. Eorum enim que predicantur ali-
a quidem de uno solo dicuntur sicut individua, ut socrates et hic et hoc. alia autem
de pluribus, quemadmodum genera species differentie propria et accidentia communiter sed non proprie ali-
cui. Est autem genus quidem ut animal, species ut homo, differentia vero ut rationale, proprium
ut risibile, accidens autem ut album, nigrum et sedere. Ab his ergo que de
uno solo predicantur differunt genera eo quod de pluribus assignata predicantur; ab his
autem que de pluribus a speciebus quidem quoniam species etsi de pluribus predicentur non tamen de
differentibus specie sed numero. homo enim cum sit species de socrate et platone predicatur
qui non specie a se invicem differunt sed numero. animal vero cum genus sit de homine et equo
et bove predicatur qui differunt a se invicem etiam specie non numero solum. A proprio
vero differt genus quoniam proprium de una sola specie cuius est proprium predicatur et de
his que sub ipsa specie sunt individuis, quemadmodum risibile de homine solo et
particularibus hominibus. genus autem non de una sola specie predicatur sed de pluribus et dif-
ferentibus specie. A differentia autem et ab his que communiter sunt accidentibus differt
genus quoniam etsi de pluribus et differentibus specie predicantur differentie et communiter accidentia
tamen non in eo quod quid sit sed in eo quod quale est predicantur. Interrogantibus enim illud

de quo praedicatur. non enim in eo quod quid sit differens praedicatur, sed magis in eo quod quale sit
Interrogati enim quale sit homo, dicimus rationale, et in eo quod quale est corvus dicimus quoniam
niger est. est autem rationale quidem differentia, nigrum vero accidens. Quando autem quid est homo in-
terrogamur, animal respondemus. erat autem hominis genus animal. Quare de pluribus praedicari
dividit genus ab his quae de uno solo sunt individuis praedicantur. differentibus vero
specie separat ab his quae sicut species vel sicut propria praedicantur. In eo quod quid sit praedi-
cari dividit a differentiis et communiter accidentibus, quae non in eo quod quid sit sed in eo quod quale est
vel quomodo se habens praedicantur. De quibus praedicatur; nihil ergo superfluum neque minus continet generis
Species autem dicitur de uniuscuiusque forma, secundum quam dictum est species dicta descriptio.
Priami digna est imperio. dicitur et species et ea quae est sub assignato
genere, secundum quod solemus dicere hominem quidem speciem animalis, cum sit genus animal, album autem
coloris speciem, triangulum vero figurae speciem. Quod si et genus assignantes speciei me-
minimus, dicentes quod de pluribus differentibus specie in eo quod quid sit
praedicatur, et speciem dicimus id quod sub genere est. Nosse autem oportet quoniam et genus alicuius genus
est, et species alicuius species est. Ideo necesse est in utrorumque rationibus utrisque
uti. Assignant igitur et sic speciem. species est quod ponitur sub genere, et de quo genus in eo quod
quid sit praedicatur. amplius autem et sic: species est quod de pluribus et differentibus numero in eo quod
quid sit praedicatur. Sed haec quidem assignatio specialissimae est, et quae solum species est. aliae vero
erunt et non specialissimarum. Planum autem erit quod dicitur hoc modo. in unoquoque
praedicamento sunt quaedam generalissima, et rursus alia specialissima, et inter generalissima
et specialissima sunt alia. Est autem generalissimum quidem super quod non est aliud superveniens
genus; specialissimum autem post quod non erit alia inferior species. Inter generalissimum
et specialissimum alia quae sunt eadem et genera et species, ad aliud et ad aliud sumpta. Sit
autem in uno praedicamento manifestum quod dicitur. Substantia est quidem et ipsa genus. sub
hac autem corpus. sub corpore autem animatum corpus. sub quo animal. sub animali vero rationale
animal. sub quo homo. sub homine vero Socrates et Plato et qui sunt particulares homines.

hic concludit particularum declarationem.

prima descriptio generis speciei

2a descriptio generis speciei

hic removet dubium


hic colligit illa de quibus traditur diffinitio et diffinitum

hic explanat diffinitionem speciei ... ponit ordinem generum et specierum ... [illegible]

hic ponit ordinem in substantia

Sz hor sba q gnali est q g sit solu, ho n spali et q so lu sit spes, cor n spes q e sbe. g n cor aiati, aiatu n cor spes e cor. g at aial, aial at spes q e cor aiati. g n roal aial, roale uo aial. spes e aial. g n hois, ho n spes q e rl aial. g at n ptic hoiu. sz solu spes. et ee q an idiuia p simu e. spes solu, n etia g. Quecaz g sba q cu supma g eo q nllo g ea g e. e gnalissi. g 1 ho cu sit spes postrr n sit alia isior nz alia cor q posst diuidi sz solu iidiua. i diuui e e so. 2 plato. spes erit sola. et ulti spes ut dcom e spali. Que n sr i medio, cor q q sup ipa sr erit spes. cor at q sb ipsis e erut gna.

h' qpat gnalissimu ad spalissimu et spale ad ... p queuenoiaz



h' qpat p diaz

Qr h q hnt duas hitudines. ea q est ad sriora sz q spes ipor ee dnr. et ea q e ad posteriora sz q gna ipor ee dnr. extma n una hnt hitudine. na gnalissi. ad ea q q posteriora sr ht hitudine. cu sit g oiu id q e suppmu. ea n q e ad sriora no ht. cu sit supmu 2 p pnn. spalissi at una ht hitudine ea q est ad sriora. q est spes. ea n q est ad iferiora no ht. iidiuor 2 spes de

POR.

spẽs ũ i͞diduoꝝ uelut ca otinẽs. gẽs at filioꝝ uelut qr q
ab eis otinet. Diffiniũt ḡ gn̄alissi͞m ita q̄ cũ gn̄ sit n̄ ē spẽs
et r͞us sͣ q̄ n̄ est supueniẽs gn̄. spalissi͞m uo q̄ cũ sit spẽs
n̄ est gn̄. et q̄ cũ sit spẽs nũq̄ diuidit̄ i spẽs. et q̄ d̄ plib; ⁊
diffẽntib; nũo i eo q̄ q̄d sit p̄d. Ea ũo q̄ i medio st̄ extremoꝝ
subaltn̄a uocãt gn̄a ⁊ spẽs. et unũqdq; ipoꝝ spẽs ēē ⁊ gn̄a di
cũt posit. ad aliud q̄d ⁊ ad aliud sũpta. ea ũo q̄ st̄ añ spẽalissima usq; ad gn̄a
lissi͞m asscẽdẽtia. ⁊ gn̄a dicũt̄ ⁊ spẽs ⁊ subaltn̄a gn̄a. ut agame
nō. atides. pellopides. tantalides. ⁊ ad ulti͞m iouis. Sz i fa
miliis q̄d p̄rũq; ad unũ reducũt̄ p̄ncipiũ. u͞g. ad iouē. In gn̄ib;
at ⁊ spẽb; n̄ sic se h̄nt. nec ē ē unũ gn̄ cõe oĩm ens. nec oĩa ei
dẽ gn̄is st̄ s̄z unũ suppmũ gn̄ quēadm̄ ar̄ dr̄. s̄z st̄ posita sic
i p̄dicamtis decẽ ē. p̄ decẽ gn̄a q̄si decẽ p̄ p̄n̄. ul̄ si oĩa q̄s
entia uocet, equiuoce iq̄ nũcupabit n̄ uniuoce. si ē unũ
unũ cõe eēt oĩm gn̄ ēs. uniuoce entia dicerẽt. cũ ũo de
cẽ sit p̄dicam̄ta p̄ma. s̄z n̄ ē solũ. n̄ et s̄z diffinitõis rõem q̄ s̄z
n̄ ē. Decẽ q̄d gn̄alissima st̄. spalissima ũo nũo q̄d quodã st̄ nō
tñ infinito. Indiuidua at̄ q̄ st̄ post spalissima i nũo q̄d īfinita st̄.
Quapp usq; ad spalissima a gn̄alissimis descẽdẽtē iubet pla
to q̄escere. descẽdere at p media diuidẽtē specificis drĩs. infinita ũo
relinq̄da dicit. nz ē ⁊ horũ posse fieri disciplina. Descẽdẽtib; ḡ
ad spalissima nēc est diuidētē p multitudinē ire. Asscẽdẽtib; ũo
ad gn̄alissima nēc colligē mltitudinē. Collectiuũ ē mlto
rũ i unā nãm spẽs ē. ⁊ mag̃ id q̄ gn̄ ē. pticularia ũo ⁊ sigla
ria eõ mltitudinē sēp diuid q̄ unũ ē. pticipatiõe ē spẽi p
plēs hoĩes unꝰ st̄. pticularib; at unꝰ ⁊ cõis plēs. Diuisiuũ ē est

hic ponit 2ª diffinitionem speciei.

hic incidit ... qoni.

hic declarat ...

hic ponit unā ...

semper quod significare est. collectivum autem est et adunativum quod commune. Assignato
autem genere et specie quid sit utrumque. et genere quidem uno, speciebus vero pluribus, semper
est in plures species divisio generis est. Genus quidem semper de specie praedicatur et omnia superiora
de inferioribus. species autem neque de proximo sibi genere neque de superioribus praedicatur, neque
enim conversio convertitur. Oportet autem aut aequa de aequis praedicari, ut hinnibile de equo,
aut maiora de minoribus, ut animal de homine. minora vero de maioribus
minime. neque enim animal dicas hominem esse, quemadmodum dicas hominem esse animal.
De quibus autem species praedicatur, de his necessario et genus speciei praedicabitur, et generis genus
usque ad generalissimum. Si enim verum est Socratem hominem dicere, hominem
autem animal, animal vero substantiam esse, verum est Socratem hominem dicere esse et animal
atque substantiam. semper enim superiora de inferioribus praedicantur. et species quidem de indi
viduo praedicabitur. genus autem et de specie et de individuis. generalissimum autem et de genere
et generibus, si plura sint genera media et subalterna, et de specie et de individu
is. Dicitur enim generalissimum quidem de omnibus sub se positis generibus speciebusque et de in
dividuis. genus autem quod ante specialissimum est de omnibus specialissimis et de individuis.
solum autem species de omnibus individuis. Individuum autem solum de uno particulari
praedicatur. Individuum est dictum Socrates et hoc album et hic veniens, et Sophronisci
filius si solus Socrates sit ei filius. Individua igitur dicuntur huiusmodi quoniam ex pro
prietatibus consistit unumquodque eorum quarum collectio numquam in alio est
eadem erit. Socratis enim proprietates numquam in alio quolibet erunt particularium.
hoc est quae sunt hominis. dico autem eius qui est communis, proprietates erunt eaedem in
pluribus. magis autem et in omnibus particularibus hominibus in eo quod homines sunt.
Continetur igitur individuum quidem sub specie. species autem sub genere. totum enim quoddam
est genus, individuum autem pars. species vero et totum et pars est, sed pars quidem alterius. to
tum autem non alterius sed in aliis partibus totum est. De genere quidem et specie, et quid genera
lissimum et specialissimum, et quae genera eadem et species sunt, quid etiam indivi
dua. et quot modis genus et species dicatur sufficienter dictum est.

Por.

Differentia vero communiter et proprie et magis proprie dicatur. Communiter quidem differre alterum ab altero dicitur quod alteritate quadam differt quolibet modo vel a se ipso vel ab alio. Differt enim Socrates a Platone alteritate, et ipse a se iam puero et iam viro, vel faciente aliquid vel quiescente, et semper in aliquo modo se habendi alteritatibus. Proprie autem differre alterum ab altero dicitur quando inseparabili accidente differt. Inseparabile autem accidens est ut nasi curvitas, caesitas oculorum, et cicatrix cum ex vulnere occalluerit.

Magis proprie autem differre alterum ab altero dicitur, quando specifica differentia distiterit, quemadmodum homo ab equo specifica differentia differt, id est rationali qualitate. Universaliter ergo omnis differentia alteratum facit cuilibet adveniens; sed ea quae communiter et proprie est alteratum facit, illa vero quae magis proprie aliud. Differentiarum enim aliae quidem faciunt alteratum, aliae vero aliud. Illae vero quae faciunt aliud specificae vocantur, illae vero quae alteratum simpliciter differentiae. Animali enim differentia adveniens rationalis aliud fecit et speciem animalis fecit; illa vero quae est movendi alteratum solum ab eo quod quiescit fecit. Quare haec quidem aliud, illa vero alteratum solum facit. Secundum ergo aliud facientes differentias divisiones fiunt a generibus in species, et diffinitiones assignantur quae sunt ex genere et huiusmodi differentiis. Secundum eas vero quae solum alteratum faciunt alteratio sola constituitur et aliquo modo se habendi permutatio.

A superioribus ergo rursus incipientibus dicendum est: differentiarum aliae quidem esse separabiles, aliae vero inseparabiles. Moveri enim et quiescere et sanum esse et aegrum et quaecumque his proxima separabilia sunt; at vero aquilum esse vel simum, rationale vel irrationale inseparabilia sunt.

Inseparabilium vero aliae quidem sunt per se, aliae vero per accidens. Nam rationale per se inest homini et mortale et disciplinae esse perceptibile; at vero aquilum esse et simum secundum accidens et non per se. Illae ergo quae per se sunt in ratione substantiae sumuntur et faciunt aliud secundum; illae vero quae per accidens sunt in ratione substantiae non sumuntur nec faciunt aliud sed alteratum. Et illae quidem quae per se sunt non suscipiunt magis et minus; illae vero quae per accidens et si inseparabiles sunt ergo

intensiones recipiunt et remissiones. Nam neque genus magis et minus predicatur de eo cuius
fit genus. neque generis differentie secundum quas dividitur. Ipse enim sunt que uniuscuiusque rationem complent.
esse autem unicuique unum et idem. neque intensionem. neque remissionem suscipiens
est; aquilum autem vel simum. vel coloratum. aliquid et intenditur et
remittitur. Cum ergo tres species differentie considerentur. et cum hee quidem sint sepa
rabiles. ille vero inseparabiles. et rursus cum inseparabilium hee quidem sint per se
ille vero per accidens. rursus earum que per se sunt differentiarum. alie quidem sunt secundum quas dividi
mus genera in species. alie vero secundum quas ea que divisa sunt specificantur. ut cum per se
differentie omnes huius sint animati et inanimati. sensibilis et insensibilis. rationalis et irrationa
lis. mortalis et immortalis. ea quidem que est animati et sensibilis differentia constitutiva
est animalis substantie. est enim animal substantia animata sensibilis. ea vero que est mortalis et im
mortalis et immortalis differentia. rationalis et irrationalis. divisive sunt animalis. per eas enim
genera in species dividimus. Sed hee quidem que divisive sunt differentie generum. completive
sunt et constitutive specierum. Dividitur enim animal rationali et irrationali differentia. et rursus
mortali et immortali differentia. Sed ea que rationalis est differentia et mortalis constitutiva
est hominis. rationalis vero et immortalis dei. Ille vero que sunt irrationalis et mortalis irrationa
lium animalium. Sic et cum supreme substantie cum ita divise sint animati et inanimati
differentia. sensibilis et insensibilis. animata et sensibilis congregate ad substantiam animal perfe
cerunt. Quoniam ergo hee eedem differentie aliquo quidem modo accepte fiunt constitutive. ali
quo autem modo divisive. specifice omnes vocantur. Et his maxime opus est
ad divisiones generum et diffinitiones. sed non his que sunt per accidens et inseparabiles
sunt. nec magis his que sunt separabiles. Quas et diffinientes dicunt.
Differentia est qua habundat species a genere. homo enim ab animali plus habet rationale et
mortale. animal enim neque ipsum nihil horum est. Nam unde haberent species differentias. neque
opposita habet. quoniam in eodem simul habebit opposita. Sed quemadmodum probant. pote
state quidem omnes habet sub se differentias. actu vero nullam. atque sic neque ex his que

[Left margin, in a later hand:]
hic ... magis de ... determinare et determinat ipsas
hic determinat de differentia. de ... differentia divisiva.
hic declarat que sunt divisive sunt constitutive [illegible]
hic removet [illegible] quoque.
hic [illegible] differentiam [illegible] de qua tractat [illegible]
hic diffinit differentiam de qua tractat.
hic removet [illegible] dubium.

[Right margin:] [illegible]

n̄ sꝫ ad sic. in oppo ̄ eni idē sꝫ. ¶ Diffiniūt aūt eā 2 h' m̄. dr̄ia ē q· hꝫ pon̄ 2 diffi̅ dr̄e.
d' plib' 2 dr̄ib' sꝫ̄ ī eo q' q̄le sit p̄z. rōale ē 2 mortale ī hꝫ declat̄ diffi̅ dr̄ia p̄ roēs
eo q' q̄le ē p̄z d' hoīe. s; n̄ ī eo q' q̄ ē. Cum ē ē hō īrogāmb'
nob' ouemēs ē dicē aīal. Quale aūt aīal īgsiti. qm̄ rōale ē
2 mortale oueniēter assignabim'. ¶ Reb' ē ex m̄a 2 for̄ ostituti hꝫ declat̄ p' ptaq̄ ad res nāles ꝫ artificiales.
bus. ul' ad silitudinē ꝑportionē mate 2 for̄ ostitutioēꝫ hn̄tib'
q̄madꝫ statua ex m̄a ē eris. for̄ aūt ex fig̃. sic 2 hō ōs 2 sīr ex g̃
q̄ silr ꝑportionalr̄ q' ōsistit ex g̃. ex for̄ aūt dr̄a. totū aūt h. aīl'
rōale 2 mortale hō ē. q̄madm̄ illic statua. ¶ Descbūt aūt hui' hꝫ declat̄ 3 diffi̅ dr̄e.
dr̄aꝫ 2 hoc m̄. Dr̄a ē q' ē aptū natū diuidē q̄ sb eodē g̃ sꝫ.
ut rōale 2 irōale diuidit hoīeꝫ 2 asinū q' sꝫ sb aīali. ¶ Assignāt hꝫ declat̄ 4 diffi̅ dr̄e.
aūt 2 h' m̄. Dr̄a ē q̄ differt a se sigla. Naꝫ s; g̃ n̄ differt. Sum'
ē aīalia rōabilia nos 2 dij. s; additū mortale sepat nos ab
illis. ¶ Interī aūt pscrutātes 2 spectlantes dr̄aꝫ dicūt n̄ q' hꝫ pon̄ 5 diffi̅ dr̄e.
libet eoꝫ q̄ sb eodē g̃ sꝫ diuidētiū eē dr̄aꝫ. s; q' ad eē oduē
2 q' ei' q' ē eē rei ps ē. Nā ē q' aptū natū ē nauigare ēt
hoīs dr̄a. s; ꝓpriū sit hoīs. Dicim' ē aīaliū h' q' apti sꝫ ad na
uigād' illa uo mīme. diuidētes ab alijs. s; aptū natū ad na
uigād' nō eāt opletiū sꝫ. nec ei ps. s; aptitudo q̄dā ē ei.
Ideo qm̄ n̄ ē tal'. q̄les spēce dr̄e dr̄ir. ect g̃ spēce dr̄e q̄cūq; q
aliūꝫ faciūt spēm. 2 q̄cūꝫ ī eo q' q̄le ē accipiūt. et d' dr̄is q' isia

P Ropriū ū q̄drifariā diuidit. ¶ Nā id q' soli alicui ꝫ sufficiūt hꝫ declat̄ ꝑpriū q̄le. ꝑpo. declat̄ diffi̅
spēi accidit. 2 si n̄ oī. ut hoī mediciū eē ul' geometrez.
et q' oī accidit 2 si n̄ soli. ut hoī eē bipedē. et q' soli 2 oī 2 3 accepto.
aliquīde. ut hoī ī senectute canescē. Quartū ū ī q̄ ouenit oī 4 accepto.
2 soli 2 sēp. q̄mad' hoī eē risibile. Nā 2 si n̄ ridet. tn̄ risibile hꝫ remouꝫ dubiū.

dicitur non quod iam rideat sed quod aptum natum sit ad ridendum. Hoc autem semper est ei
naturale, ut equo hinnibile. Haec autem proprie nominantur propria, quoniam et convertuntur:
est, quod equus est est hinnibile, et quod est hinnibile est equus.

Accidens est quod adest et abest sine subiecti destructione vel corruptione.
Dividitur autem in duo, in separabile et in inseparabile. Namque dormire est
accidens separabile. Nigrum vero inseparabiliter esse corvo et ethiopi accidit. Potest
autem subintelligi corvus albus et ethiops amittens colorem, praeter subiecti
corruptionem. Diffiniunt autem sic quoque: accidens est quod contingit eidem esse vel non
esse, vel quod neque genus est neque species, neque differentia, neque proprium, semper autem in subiecto est subsi-
stens. Omnibus determinatis quae proposita sunt, dico autem genere, specie, differentia, proprio et ac-
cidente, dicendum est quae eis communia sunt et quae propria.

Commune quidem est omnibus de pluribus praedicari. Sed genus quidem de speciebus et de individuis,
et differentia similiter. Species vero de his quae sub ipsa sunt individuis. Accidens proprium
de specie cuius est proprium, et de his quae sub ipsa sunt individuis. Accidens autem de speciebus
et de individuis. Namque animal de equis et bubus praedicatur quae sunt species,
et de hoc equo et de hoc bove quae sunt individua. Irrationale autem de equis et bobus
et de his quae sunt particularia praedicatur. Species autem, ut homo, solum de his quae sunt par-
ticulares homines praedicatur. Proprium autem, quod est risibile, et de homine et de his qui sunt
particulares. Quod est accidens inseparabile, et moveri de equo et homine, quod est
accidens separabile. Sed principaliter quidem de individuis, secundo vero de his quae sunt
de individua. Commune autem generis est et differentiae continentia specierum; continet enim
differentia species, etsi non omnes quot genera. Rationale enim, etsi non continet ea quae
sunt irrationalia ut genus animal, sed continet hominem et deum quae sunt species.
Et quaecumque praedicantur de genere ut genere, et de his quae sub ipso sunt speciebus praedicantur; et quaecumque
de differentia praedicantur ut differentia, et de ea quae ex ipsa est specie praedicabuntur. Nam cum
sit genus animal, non solum de eo praedicatur ut genus substantia et animatum, sed et quae de his

[illegible]

quae sub animali sunt speciebus omnibus praedicatur et usque ad individua. Cum sit differentia
rationale praedicatur de eis ut differentia. i. rationale. non solum autem quod rationale est. sed etiam
speciebus de his quae sub ipsis sunt praeter illud quod praedicatur ut differentia. Commune autem est et perempto genere
vel differentia similiter perimi quae sub ipsis sunt. Quemadmodum si non sit animal non est
equus neque homo. Ita si non sit rationale nullum erit animal quod utatur ratione. Proprium
autem generis est de pluribus praedicari quam species differentia proprium et accidens. Animal autem de
homine equo ave et serpente quadrupes de solis quattuor pedes habentibus. homo
vero de solis individuis. et hinnibile de equo et de his qui sunt particulares.
Item autem differentias acceptas quibus dicitur genus non eas quae complent substantiam generis.
Amplius genus continet differentias potentia. animalis enim hoc quidem rationale est illud vero irrationa-
le. Amplius quod genera priora sunt his quae sunt sub se positis differentiis. propter quod simul
eas inferunt. non autem simul auferuntur. sublato enim animali aufertur rationale
et irrationale. differentiae vero non auferunt genus. nam si omnes interimantur tamen substantia anima-
ta sensibilis subintelligitur quod est animal. Amplius genus quidem in eo quod quid est. differentia
vero in eo quod quale est praedicatur. quemadmodum dictum est. Amplius quod genus unum est secundum unamquamque
speciem ut est hominis id quod est animal. differentiae vero plurimae. ut rationale mor-
tale et immortale mentis et disciplinae quibus ab aliis differt. et genus
et consimile est materiae. formae vero differentia. Cum autem sit alia quoque communia et alia propria generis
et differentiae nunc ista sufficiant. Genus vero et species commune quidem habent quemadmodum dictum est
de pluribus praedicari. Sumatur autem species ut species non etiam ut genus si fuerit idem
species et genus. Commune autem his est et priora esse de quibus praedicantur et totum quid-
dam esse utrumque. Differunt autem quoniam genus quidem continet species. species vero conti-
nentur et non continent genera. In pluribus enim est genus quam species. genera enim praeiacere oportet
et informata specificis differentiis perficere species. unde et priora sunt naturaliter genera
et simul interimentia. Et species quidem cum sit genus est. genus vero cum sit non omnino erit
species. Et genera quidem univoce de speciebus praedicantur. species vero de generibus minime

Amplius genus habundat continentia earum que sub se sunt specierum. Species vero a generibus
habundant propriis differentiis. Amplius neque species fiet umquam generalissimum, neque genus fiet
specialissimum. Generis et proprii commune est sequi species. Nam si homo est, animal est, et si
homo est, risibile est. Et equaliter predicari genus de speciebus et proprium de his que illo
participant. Equaliter enim et homo et bos animal, et Cicero et Cato risibile.
Commune autem est et univoce predicari genus de propriis speciebus, et proprium de his quorum est
proprium. Differt autem quoniam genus quidem prius est, posterius vero proprium. Oportet enim prius esse animal, deinde
dividi differentiis et propriis. Et genus quidem de pluribus predicatur speciebus, proprium vero de una so-
la specie cuius est proprium. Et proprium quidem conversim predicatur de eo cuius est proprium, genus vero de nullo
vero conversim predicatur. Nam neque si animal est, homo est, neque si animal est, risibile est. Si vero homo est,
risibile est, et e converso. Amplius quoque proprium omni inest cui est proprium, et soli et semper; genus vero
omni speciei cuius fuerit genus et semper, non autem soli. Amplius species quidem interempta non simul interimit
genus, proprium vero interemptum simul interimit quod est proprium, et eo interempto cuius est proprium
et ipsum simul interimitur. Generis vero et accidentis commune est quod est de pluribus predicari ut dictum
est, sive separabilium sit sive inseparabilium. Etenim moveri de pluribus,
nigrum de corvis, Ethyopibus et de aliquibus inanimatis predicatur. Differt autem
genus ab accidente, quoniam genus quidem ante species est, accidentia vero speciebus posteriora sunt;
nam et si inseparabile sumatur accidens, tamen prius est illud cui accidit quam accidens.
Et genera quidem que participant equaliter participant, accidentia vero non equaliter. Intensionem enim
et remissionem suscipiunt participationes accidentium, generum vero minime. Et accidentia quidem
in individuis principaliter subsistunt, genera vero et species naturaliter individuis prio-
ra sunt. Et genera quidem in eo quod quid sit predicantur de his que sub eis sunt, accidentia vero in
eo quod quale aliquid est vel quomodo se habet unumquodque. Qualis enim est sit Ethiops interro-
gatus, dicas quoniam niger est, et quomodo Socrates se habet, dicas quoniam sedet vel
ambulat. Genus igitur quomodo ab aliis differt dictum est. Contingit autem unumquodque aliorum
differre ab aliis quattuor. Ut cum quinque sint, unumquodque ab aliis quattuor differt

.e. quoniam sunt .20. omnes differentie, sed semper posterioribus enumeratis et secundis quidem
una differentia superatis propterea quod iam supra est, tertiis vero duabus, quartis vero
tribus, quintis .4. .10. omnes sunt, .4. .3. due una. Genus vero differt a differentia, specie,
proprio et accidente. Quatuor igitur omnes differentie sunt. Differentia vero quo differt a genere
dictum est quando quo differt genus dicebatur. Relinquitur igitur quo differentia differunt a
specie, proprio et accidente dictum est, et sunt .3. Rursus species quo differt a differentia dictum
est quando quo differt genus a specie dicebatur. Relinquitur igitur ut quo dif-
ferunt species a proprio et accidente. Due igitur et sunt iste differentie. Proprium autem quo-
modo differat ab accidente relinquitur; nam quo a specie, differentia et genere differat
dictum est in illorum ad ipsum differentiis. Quatuor igitur sumptis generibus ad alia
differentiis, differentie vero tribus, duabus autem speciei, una autem proprii ad accidens, .10. erunt omnes,
quarum .4. que erant generis ad reliqua superius demonstravimus. Commune igitur est
differentie et speciei equaliter participari; hominem enim equaliter participant omnes particulares homines
et rationali differentia. Commune est et semper adesse his que ea participant; semper enim Socrates
est rationalis et semper est homo. Proprium autem differentie est in eo quod quale sit predicari. Nam et
si homo velud qualitas accipiatur, non simpliciter erit qualitas, sed secundum id quod genus
advenientes differentie ipsam constituunt. Amplius quod differentia in pluribus quam speciebus sepe
consideratur, ut quadrupes in pluribus animalibus specie differentibus; species vero
in solis his que sub una specie sunt individuis. Amplius differentia prior est ab ea specie
que est secundum ipsam; simul enim ablatum rationale interimit hominem, homo vero interemptus non au-
fert rationale cum sit deus. Amplius quod differentia componitur cum alia differentia; rationale enim
et mortale composita sunt in substantiam hominis; species vero speciei non componitur ut gig-
net aliam speciem. Quedam enim equus cum quodam asino permiscetur ad mu-
li generationem, equus autem simpliciter asino numquam conveniens perficiet mulum.
Differentia vero et proprium commune quod habent equaliter participari ab his que eorum rationem
suscipiunt; equaliter enim rationalia rationalia sunt, et risibilia risibilia sunt

et semper est adesse omni universaliter esse est. Si non est communis quod est bipes vel substantia
perimitur. Sed id ad quod natum semper fieri dicitur non quod semper videatur. Proprium autem
differentia est quoniam hoc quidem de pluribus speciebus dicitur saepe, ut rationale de homine et de deo,
proprium vero de una sola specie cuius est proprium. Differentia autem in illis est consequens quorum
est, sed non convertitur; propria vero convertuntur pariter de his quorum sunt propria. Ideo converti-
tur. Differentiae autem et accidentis commune est de pluribus dici. Commune vero est ad ea quae sunt
inseparabilia accidentia semper et omnibus adesse. Bipes enim semper adest corvis omnibus,
nigrum omnibus corvis similiter. Differt autem quoniam continet et non continetur differentia;
continet enim rationalitas hominem. Accidentia vero quodammodo continent et continentur;
continentur quidem quoniam in pluribus sunt, continent eo quod non unius accidentis susceptibilia
sunt substantiae. Et differentia quidem non recipit magis et minus, accidentia vero suscipiunt,
et impermixtae quidem sunt omnes differentiae, mixta vero sunt omnia accidentia. Huiusmodi communio-
nes et proprietates differentiae et ceterorum sunt. Species vero quomodo differt a genere et differen-
tia dictum est in eo quod diceremus quomodo genus ab accidente et quomodo differentia dif-
ferret ab accidentibus. Speciei vero et proprii commune est de se invicem praedicari. Nam si
homo est risibile est, et si risibile est homo est. Risibile vero quoniam secundum id quod
natum est dici saepe iam dictum est. Aequaliter enim sunt species his quae eorum participant
et quorum propria sunt propria. Differt autem species a proprio quoniam species quidem et
aliis genus esse potest, proprium vero et aliarum specierum esse impossibile est. Et species quidem
subsistit ante proprium, proprium vero postea fit in specie. Oportet enim hominem esse ut risibile sit.
Amplius species quidem semper adest actu in subiecto, proprium vero aliquando actu, semper autem po-
testate. Homo enim semper actu est, Socrates vero non semper ridet quamvis natus semper sit risibilis.
Amplius quorum termini sunt differentes et ipsa sunt differentia. Est autem speciei quidem esse sem-
per sub genere et de pluribus differentibus numero in eo quod quid sit praedicari, proprii vero solum et
semper et omni adesse. Speciei vero et accidentis commune est de pluribus praedicari.
Rarae vero aliae sunt communitates propterea quod plurimum a se distat accidens et

cui accidit. propria vero utriusque sunt speciei quidem in eo quod quid est praedicari de his quorum est species. accidentis vero in eo quod quale quiddam est vel aliquo modo se habens. ad unamquamque substantiam individuam una quidem specie participari, pluribus vero accidentibus separabilibus et inseparabilibus. species quidem autem potest prius intelligi quam accidentia vel si sint inseparabilia. oportet enim subiectum esse prius ut illi aliquid accidat. accidentia vero posterioris. et speciei quidem participatio aequaliter est. accidentis vero vel si inseparabile sit non aequaliter. ethiops enim ab ethiope habebit colorem vel magis intensum vel remissum secundum nigredinem. Restat igitur de proprio et accidente dicere. quomodo enim proprium a specie et genere et differentia differat dictum est. Commune autem est proprio et inseparabili accidenti quod praeter ea numquam consistunt ea in quibus considerantur. quemadmodum enim praeter risibile non subsistit homo. ita praeter nigredinem non subsistit ethiops. et quemadmodum semper et omni adest proprium, sic et inseparabile accidens. Differt autem proprium quoniam uni soli speciei adest. ut risibile homini. inseparabile vero accidens, ut nigrum non soli ethiopi sed et corvo adest, et carboni et ebano et quibusdam aliis. quare proprium convertitur pariter de eo cuius est proprium et cuius inseparabile. accidens vero conversionem non patitur. et proprietatum quidem aequalis est participatio. accidentium vero haec quidem magis illa vero minus. Sunt autem et aliae communitates vel proprietates eorum que dicta sunt. sed sufficiunt haec ad discretionem eorum communitatisque traditionem. Deo gratias amen.

Equivoca dicuntur quorum solum nomen commune est, ratio vero substantiae secundum nomen diversa, ut animal homo et quod pingitur. horum enim solum nomen commune est, ratio vero substantiae secundum nomen diversa est. Si enim quis assignet quid sit utrumque eorum quo sint animalia, propriam assignabit utriusque rationem. Un

hic diffinit equivoca.

hic explanat diffinitionem.

Iste liber vocatur liber predicamentorum [illegible]

Univoca vero dicuntur quorum et nomen commune est et secundum illud nomen eadem ratio substantiae, ut animal homo atque bos. communi enim nomine utrique animalia nuncupantur, et est ratio substantiae eadem. si quis enim assignet utriusque rationem, quid utrorumque sit quo sit animalia, eandem assignabit utriusque rationem. Denominativa vero dicuntur quaecumque ab aliquo solo differentia casu secundum nomen habent eandem appellationem, ut a grammatica grammaticus et a fortitudine fortis. Eorum enim quae dicuntur alia quidem secundum complexionem dicuntur, alia vero sine complexione. ea quidem quae sunt secundum complexionem dicuntur, ut homo currit, homo vincit; ea vero quae sine complexione, ut homo, bos, currit, vincit. Eorum vero quae sunt alia de subiecto quodam dicuntur, in subiecto vero nullo sunt, ut homo de subiecto quidem dicitur aliquo homine, in subiecto vero nullo est. Alia vero in subiecto quidem sunt, de subiecto vero nullo dicuntur. In subiecto autem dico esse quod cum sit in aliquo non sicut quaedam pars, impossibile est esse sine eo in quo est, ut quaedam grammatica in subiecto quidem est in anima, de subiecto vero nullo dicitur, et quoddam album in subiecto quidem est in corpore, omnis enim color in corpore est, de subiecto autem nullo dicitur. Alia vero et de subiecto dicuntur et in subiecto sunt, ut scientia in subiecto quidem est in anima, de subiecto vero dicitur ut de grammatica. Alia vero neque in subiecto sunt neque de subiecto dicuntur, ut aliquis homo vel aliquis equus. nihil enim horum neque in subiecto est neque de subiecto dicitur. simpliciter autem quae sunt individua et numero singularia de nullo subiecto dicuntur. In subiecto autem nihil prohibet esse. quaedam enim grammatica in subiecto est. Quando alterum de altero praedicatur ut de subiecto, quaecumque de eo quod praedicatur dicuntur, omnia et de subiecto dicentur, ut homo de quodam homine praedicatur, animal autem de homine. ergo et de quodam homine animal praedicabitur. quidam enim homo et homo est et animal. Diversorum generum et non subalternatim positorum diversae sunt species et differentiae, ut animalis et scientiae. animalis quidem differentiae sunt gressibile, volatile et bipes. scientiae vero nulla earum est. neque enim scientia differt a scientia in eo quod bipes sit. Subalternorum vero generum nihil prohibet easdem esse species et differentias. superiora enim de inferioribus praedicantur. quare quaecumque praedicati differentiae fuerint, eaedem erunt et subiecti. Eorum quae secundum nullam complexionem dicuntur singulum aut

substantiam significat aut quantitatem aut qualitatem aut ad aliquid aut ubi aut quando aut situm
aut habere aut facere aut pati. Est autem substantia quidem ut figuraliter dicere ut homo
equus; quantitas ut bicubitum et tricubitum; qualitas ut album; ad aliquid
ut duplum et maius; ubi ut in loco; quando ut heri; situm esse ut
sedet iacet; habere ut calciatum esse et armatum esse; facere ut secare
et urere; pati ut secari et uri. Singula igitur eorum quae dicta sunt i-
psa quidem per se in nulla affirmatione dicuntur; horum autem ad se invicem complexione
affirmatio fit. Videtur autem omnis affirmatio vel vera vel falsa esse. Horum autem quae
secundum nullam complexionem dicuntur singula neque vera neque falsa sunt, ut homo, currit, vincit.
Substantia autem est quae proprie et principaliter et maxime dicitur, quae neque de subiecto dicitur neque in subiecto est, ut
aliquis homo vel aliquis equus. Secundae autem substantiae dicuntur species in quibus illae quae principaliter
substantiae dicuntur insunt, hae et specierum earum genera, ut aliquis homo in specie quidem est in homine, genus
vero speciei animal est. Secundae ergo hae dicuntur substantiae ut homo atque animal. Manifestum est autem
ex his quae dicta sunt quoniam eorum quae de subiecto dicuntur necesse est et nomen et rationem de
subiecto praedicari, ut homo de subiecto aliquo homine praedicatur et nomen et ratio. Quidam enim homo et homo est
et animal rationale et mortale est. Quare et nomen et ratio praedicatur de subiecto. Eorum vero quae sunt in
subiecto in pluribus quidem neque nomen neque ratio praedicatur de subiecto. In aliquibus autem nomen nihil prohibet de
subiecto nomen aliquando praedicari, rationem vero impossibile est, ut album cum in subiecto sit in corpore praedicatur
de subiecto. Dicitur enim corpus album. Ratio vero albi numquam praedicatur de corpore. Alia vero omnia
aut de subiectis dicuntur principalibus aut in subiectis sunt. Hoc autem est manifestum
ex illis quae per singula proponentur, ut animal de homine praedicatur, ergo et de aliquo homine
animal praedicatur. Nam si de nullo aliquorum hominum dicetur, nec omnino de homine praedicatur.
Rursus color in corpore est, ergo et in aliquo corpore. Nam si non in aliquo corpore singulorum,
nec omnino in corpore erit. Quare alia aut de subiectis dicuntur principalibus aut
in subiectis eorum sunt. Non ergo existentibus primis substantiis impossibile est aliquid aliorum esse.
Omnia enim alia aut de subiectis eorum dicuntur aut in subiectis eorum sunt. Secundarum

vero substantiarum magis est substantia species quam genus. est enim propinquior primae substantiae. Si quis enim assig-
nabit primam substantiam quid est, evidentius et convenientius assignabit speciem proferens quam genus
ut quendam hominem assignando manifestius assignabit hominem quam animal. Illud enim
proprium est hominis alicuius. hoc autem communius. et cum aliquam arborem reddideris, mani-
festius arborem assignabis quam plantam. ¶ Amplius primae substantiae eo quod omnibus aliis
subiectae sunt, et alia omnia de his praedicantur vel in eis sunt, ideo maxime dicuntur substantiae. Sicut
autem primae substantiae ad alia se habent, sic et species ad genus se habet. subiacet
enim species generi. genera quidem de speciebus praedicantur, species autem de generibus non convertuntur. Quare et ex his
species genere magis est substantia. Ipsarum vero specierum quaecumque non sunt genera, nihil magis altera ab al-
tera substantia est. nihil enim familiarius assignabis de aliquo homine assignando hominem
quam de aliquo equo equum. Similiter autem et primarum substantiarum nihil magis altera altera substantia est.
nihil enim magis aliquis homo substantia est quam aliquis bos. ¶ Merito autem post primas substantias
solae aliorum species et genera secundae substantiae possunt dici. Solae enim indicant primas substantias
eorum quae praedicantur. Aliquem enim hominem si quis assignaverit quid est, speciem quidem vel genus assignando
familiariter assignabit, et manifestius faciet assignando hominem quam animal.
aliorum vero quodlibet si assignaverit, extranee assignabit, velut album aut
currit vel quodlibet talium reddens. Quare merito hae solae substantiae dicuntur. ¶ Amplius primae
substantiae eo quod aliis subiacent, propter hoc substantiae dicuntur. Sicut autem primae substantiae ad omnia se habent,
ita species et genera primarum substantiarum ad reliqua omnia se habent. de his enim reliqua
omnia praedicantur. Aliquem enim hominem dices grammaticum. ergo et hominem et animal
dices grammaticum, similiter et in aliis. ¶ Commune est autem omni substantiae in subiecto non esse.
Prima namque substantia nec de subiecto dicitur nec in subiecto est. Secundarum vero sic manifestum quoniam
quod nulla est in subiecto. Homo enim de subiecto quodam homine dicitur, in subiecto nullo est. non enim est
in aliquo homine homo. Similiter autem animal de subiecto quodam dicitur aliquo homine, non est autem animal
in aliquo homine. ¶ Amplius autem eorum quae in subiecto sunt nihil prohibet nomen aliquando de
subiecto praedicari, rationem vero impossibile est. Secundarum vero substantiarum praedicatur de subiecto nomine et ratione

rationem namque hominis de aliquo homine praedicabis et animalis. Quare non erit substantia eorum
quae in subiecto sunt. Non est autem hoc substantiae proprium, sed differentia quoque in subiecto non est. bipes
enim et gressibile de subiecto dicitur homine, in subiecto vero nullo est. non est enim in homine bipes neque
gressibile. Amplius ratio quoque differentiae de eo dicitur de quo differentia ipsa praedicatur. velut
si gressibile de homine dicitur, et ratio gressibilis de homine praedicatur. est enim homo gressibilis.
Non nos autem conturbent substantiarum partes quae ita sunt in toto quasi in subiecto, ne forte
cogamur non esse eas substantias confitenti esse. In subiecto enim esse dicuntur quae tamquam par-
tes sunt in aliquo. Inest autem substantiis et differentiis hoc, omnia univoce ab his praedicari.
Omnia enim quae ex his sunt praedicata, aut de individuis aut de speciebus praedicantur. A
prima namque substantia nulla fit praedicatio. de nullo enim subiecto dicitur. secundarum vero
substantiarum species quidem de individuis praedicatur. genus autem et de specie et de individuis praedicatur. Similiter autem differentiae
de speciebus et de individuis praedicantur. rationem quoque suscipiunt primae substantiae specierum et generum, et
species quoque generis. quaecumque enim de praedicato dicuntur, eadem et de subiecto dicentur. Similiter autem et
differentiarum rationem suscipiunt species et individua. univoca autem sunt quorum et nomen commune
est et ratio eadem. Quare omnia quae ex substantiis et differentiis sunt univoce dicuntur. Omnis
autem substantia videtur hoc aliquid significare. et in primis quidem substantiis indubitabile et
verum est quoniam hoc aliquid significat. individuum enim et unum numero quod significatur
est. In secundis vero substantiis videtur quidem similiter appellationis figura hoc aliquid significare,
quando quis dixerit hominem vel animal. non tamen verum est, sed magis quale quid significat.
neque enim unum est quod subiectum est, quemadmodum prima substantia, sed de pluribus dicitur homo et animal.
Non autem simpliciter quale significat, quemadmodum album. nihil enim aliud significat album quam qualitatem.
genus autem et species circa substantiam qualitatem determinant. quale enim quandam substantiam signifi-
cant. plus autem in genere quam in specie determinatio fit. dicens enim animal plus
complectitur quam hominem. Inest autem substantiis nihil illis esse contrarium. primae enim substantiae
quid erit contrarium? nam alicui homini nihil est contrarium. at vero neque homini neque animali nihil est
contrarium. Non autem est hoc substantiae proprium, sed et in multis aliis, ut in quantitate. bicubito enim

nihil est contrarium. alicui enim decem nihil est contrarium. nec alicui talium nihil est contrarium, nisi forte quis mul-
ta paucis dicat esse contraria. vel magnum paruo; determinatorum vero nullum est
nulli contrarium. Videtur autem substantia non suscipere magis et minus. Dico autem hoc
non quia substantia non sit a substantia magis et minus. hoc autem dictum est quia est, sed quoniam
unaquaeque substantia hoc ipsum quod est non dicitur magis et minus. ut haec substantia homo non est
magis et minus homo. neque ipse a se, neque alter ab altero. non enim est alter ab altero
magis homo. sicut est album altero magis album. et bonum altero magis
bonum. sed et ipsum a se magis et minus dicitur. ut corpus cum album sit magis
album esse dicitur quam prius. et cum sit calidum magis et minus dicitur esse calidum.
Substantia vero non. neque enim homo magis homo quam prius dicitur. nec ceterorum aliquid quae sunt substantiae. quare
substantia non recipit substantia magis et minus. Maxime autem substantiae proprium videtur esse. quod cum
unum et idem numero sit, contrariorum susceptibile est. Et in aliis quidem nullis hoc habebit
aliquis quod proferat, quaecumque non sunt substantiae, quod cum sit unum et idem numero contra-
riorum susceptibile sit, velut color qui unus et idem numero non erit albus
et niger. nec una et eadem actio numero erit praua, et studiosa. similiter autem
et in aliis quaecumque non sunt substantiae. et substantia vero cum unum et idem sit numero con-
trariorum capax est, ut quidam homo cum unus et idem numero sit. aliquando quidem
niger est. aliquando albus. et calidus et frigidus, et prauus et studiosus. In
aliis autem nullis quidem tale videtur. nisi quis forsitan opponat, dicens
orationem et uisum huiusmodi esse. Eadem enim oratio et idem uisus. verus et
falsus esse videtur. veluti si vera sit oratio. sedere quendam, eo surgente falsa
erit. similiter autem et de uisu. si quis enim vere putat aliquem sedere, eo surgente
falsum videbitur eidem habenti de eo uisum. Sed et si quis hoc suscipit hoc suscipi-
at. sed tamen modo differt. Nam ea quae in substantiis sunt ipsa mutata susceptibilia
contrariorum sunt. frigidum enim de calido factum, mutatum est. alterum enim
factum est. et nigrum ex albo. et studiosum ex prauo. similiter autem et in aliis

ponit 3ᵃᵐ conuenientiam comparatorum ad accidentia per ut hec est in substantia: non suscipere magis et minus.

ponit proprietatem substantie susceptibilem contrariorum

declarat intentum suum.

mouet unam dubitationem

soluit predictam dubitationem

Continuu e quo extrema sut unu.
Discretu e multitudo ptiu discretaz q i nullo termino coicat.
Linea e logitudo sin latitudie cui extremitates sut duo pucta.
Supficies e logitudo cu latitudie
locus e ultima supficies corpis otinetis

